

P O L Y A N T H E Æ

N O V Æ L I B E R I X.

Iactantia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.



Iactantia, Gr. μεγαλαχρησία, μεγαλαυχία, ἀλαζονεία, & ἡδύαξις, ὄνος, ἡ ἰακτόρ dicitur. Est autem iactantia, inanis de se & stulta prædicatio, *Vel sic:* iactantia est, per quã quis se extollit supra id, quod in se est. Secundario autem supra id, quod de eo alii opinantur. *secundum B. Tho. secunda Secunda, 1. 110. art. 1.*

Iactatio est voluptas gestiens, & se efferens insolentius. *secundum Cic. 1. 4. Tuscul. quasi.*

Iactator est qui plus eis, quæ scit, fingens, aut scire, quæ non scit. *secundum Arist. lib. Magnorum moral.*

Iactare, unde iactantia & iactor veniunt, proprie est frequenter iacere. *Seneca: Dum lapillos iactaret in puteum Aliquãdo voluere. Virgil. Atque illum tales iactantem pectore curas.* Nonnunquã pro fatigat, cocutere, vexare affligere. *Virg. Iactos aequore toto Troas reliquias Danaum atque immittis Achilli.* Et licet *Seruius* dicat, hoc interesse inter iactari & fatigari, quod iactamur mari, fatigamur terris: *Virgiliano* tamen exemplo satis apparet ridiculã esse huiusmodi differentiam, cũ dicat *Virg. Terris iactatus, & alto.* A iacto fit iactura, quæ significat damnum, quo afficiuntur nauæ cum maxima laborantes tempestate merces in mare eiciunt, vt nauis minori pãdere prematur. A iacto item fit iactanter aduerbium, hoc est, cũ iactantia: iactabundus, hoc est, gloriabundus, & inaniter se iactans.

Iactantia, *Hebr. Gaon & Gaauab,* elatio, arrogantia, superbia excellentia: quum quis excellit in oculis suis, & eximius coram aliis vult videri, quemadmodum quæ iactat & effundit verba testantur, sibi plus quam par est tribuens, à verbo *Gaab,* gloriatus est, elatus est, emineuit, excelluit. De Deo dictum, semper in optimam partem sumitur. De homine, distinctio est adhibenda Pii in Deo gloriatur, & eiusdem beneficentiam abunde prædicant: impii vano gaudio tumidi seipfos tollunt in altum, vt lapsu grauiore ruant.

¶ BIBLICI LOCI.

Iactantia fugienda, *Proverb. 25. 6. & 27. 1. & 28. 25. Ieremie 9. 23. 1. Corin. 3. 31. & 4. 6. & 8. 2. Iacobi 3. 2. 14. & 4. 6. 16.*

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes, *1. Reg. 2.*
Superbiam in tuo sermone nunquam dominari permittas. Nam superbix coniunctus est interitus, multa; perturbatio *Tob. 4.*
Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. *Psal. 11.*

Laudet te alienus, non os tuũ: extraneus, & non labia tua. *Prou. 27.*
Auferram de medio tui magniloquos superbix tuæ, & non adiuces exaltari amplius in monte sancto tuo. *Soph. 3.*
Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. *Rom. 1.*

Non audemus inferere aut comparare nos quibusdam, qui seipfos commendant, sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis, *2. Cor. 10.*

Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. *ibidem.*

Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat (& etiam parua) *Iacob. 2.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Hostes ad rapinam prouocat, qui suas eorum notitias diuitias denudat. *Greg. in mor.*

Si vis sublime ostendere virtutis, noli sapere sublime, & tunc illud, quod egeris, esse monstrabis excelsus. Noli teputare quicquam fecisse quum feceris, & plenissime cuncta fecisti. *Chrysof. sup. Matt.*

Dum causa iactantix pauper pascitur: etiam ipsum misericordix opus in peccatum conuertitur. *Id. de summo bono, lib. 3.*

Occulta, quod agis, in quantum vales, quod si ex toto non vales, sit in animo occultandi voluntas, & non erit de ostentatione vlla temeritas. *De conflict. Sutorum.*

Mirabile iactantix genus, vt non possis putari sanctus, nisi sceleratus appareas. *Bern. sup. cant. ferm. 1.*

Animaduertendum est, non solum rerum corporearum nitore atque pompa: sed etiam in ipsis sordibus esse posse iactantiam: & eo periculosiorem, quo sub specie feruitutis Dei decipit. *Aug. ser. Dominus in monte.*

Iactantia non est vitium laudis humanæ, sed vitium animæ peruersæ amanti humanam laudem, spreto testimonio conscientix. *Aug. lib. 10. de Ciuit. Dei.*

Qui laudari vult ab hominibus vituperante te, non defoditur ab hominibus iudicante te, non eripietur damna te. *Aug. lib. 10. Confessionum.*

Video me non laudibus meis propter me, sed propter proximi utilitatem moueri oportere, & vtrum ita sit, nescio. *Idem.*

Sciamus neminem iactare se debere, nam si Petrus lapsus est, qui dixit: Et si alii scandalizati fuerint in te, sed non ego: quis alius iure de se præsumat? deniq; & *Dauid,* quia dixerat: Ego dixi in abundantia mea: non mouebor in æternum, eam sibi iactantiam obfuisse confitetur dicens. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. *Ambros. & habetur 6. q. 1. can. imitere, 5. Sciamus.*

Laus sua iustos cruciat, iniquos exaltat. Sed iustos dum cruciat, purgat: iniquos dum lætificat, reprobos monstrat. Isti enim laude sua pascuntur: quia auctoris sui gloriam quærun, sua laude cruciantur, ne non sit intus quod foris dicitur, ne si est etiam quod dicit, ante Dei oculos ipsis fauoribus vacuetur, ne humana laus robur mentis emolliat, eamq; in sui delectatione prosternat, & quæ adiuuenti debet augendi operis, iam retributio sit laboris. *Greg. Moral. lib. 26.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Perf. Sat. 1.

O mores! & quæ adeone
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Idem Sat. 4.

Ad populum phalaras, ego te intus & in cute noni.
Plautus in Epidico.

Nam strenuiori deterior si prædicat suas pugnas de illius illa
sunt ore sordida.

Idem.

Stultus est qui facta insecta facere verbis postulat.
Quid lib. 1. de Arte amandi.

Heu mihi! non tutum est quod ames laudare sodali.
Cum tibi laudantis credidit ille subit.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Minuit quodammodo se probantis conscientix secretum, quoties ostentando quis factum recipit famæ pretium. *Boetius libro 1. de Consolatione.*

Iactator iustissime & maxime vituperandus est. *Aristo. li. 4. Ethicorum.*

Quid duces & milites, qui fortiter à se facta semper dicturi, & tamen tacent arrogantix metu: nonne sit vt hæc referant inuidentur, mercedem laboris sibi eximant persolutam, remunerationem putantes, inter volentes narrare quæ fecerint? Adeo autem id genus narrationum habet gloriæ quendam saporem, vt si inuidi vel æmuli forte præsentibus sint, tales interrogationes obstrepando discutiãt, & alias inferendo fabulas, prohibeant illa narrari, quæ solent narranti laudem creare. *Macrobius lib. 7. Saturnalium c. 2.*

Nihil est quod magis minuat laudis præconium, quam suos afflicte iactare successus; & singulis diebus anni vendere diem vnum. *Valerius Maximus lib. 2.*

Deforme etiam est, de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriolum, *Cic. lib. de offic.*

Nequo

ostentatio ostentatio rudi
lib. 2. de Magia.
quibus falso gloriari.
libentibus laudibus libentibus

¶ APOPTH

quæ vel
diceret se
optimisq;
ad vitam
iactantiam,
educaretur,
admonere
suos, &
etiam. Laudare enim
Stob.

quum Ath
stimulis
Cupressis
villo
Peregrinus
Laconem
Ne
quod ego,
Mimime
sed

Philippus
omnia
interrogat
prohibetur
Quum M.
Tarentum
iactantiam
cuius tu
apoph.

Ciceroni
aduectus
viban
Sylla factus
potestate
esse di
magistrum
Plat.

Quempiam
defor
vrbaneq;
respexi
Brusl

¶ SIMILI

Sticici qui se dicunt
secus pariantur,
nihil fecerunt
inimico
Gallus v
sua facinora
In Simil.

¶ EXEMPL

Pharao, Ex
Abfalom, 2. 3.
Iezabel, 19. 2. 1.
Esau, 36. 18.
Tyros & E
Chalda
Ed
Demet
Pharisei & Sadd
Luc. 4. 1. 10. Fil
Discipuli, Matth. 23.
Legisperitus, Luc.
Simon Magus, Acto
14. 15. 1.

¶ PROPAN

Philippi
nisi
nec
quidam
quidam
quidam

Nequo